impositus sibi de his iussiones et eas soluentes fiscalia
tributa nulli penitus periculo aut dampno subiician
tur. hec ipsa et super priuatis negotiis obseruando.
¶ Hec quoque iubemus eos quibus fiscalium exactio in
iungitur ullam in priuatorum causarum executionem com
mitti. ¶ Sed et siquid eis tale iniungatur nullo modo pre
sumant eos hec agere nec occasione publicarum functionum
nostri subiecti ledantur. Si uero aliquis pro uicinitate pu
blica debere tributa dicat exactori esse sibi alium debi
torem non liceat exactori molestiam aliquam deno
minato inferre nisi prius debitor probetur nullo m
omnino posse publica tributa persoluere. hec prius tamen
requiri apud iudicem prouincie si pro uicinitate debitor eius
contendiatur esse. et ita fiat exactio in utroque. Cum si quis
exequutus aut exigens citra ea que a nobis disposita sunt
presumpserit et cingulo nudabitur et confiscabitur
et exilio tradetur. Qui autem iniunxerit aut preceperit
iudex .x. lib. auri exigatur pena et officium eius .v. l.
auri subiaceat pene. ¶ Nulli uero penitus liceat
publica tributa exigentium neque casualibus aut tractato
ribus scriptionibus aut aliis quibusdam publicis mini
stratibus excusationem quod in tractu loco resideat contra eos
qui dicunt se lesos ab eis in fiscalium exactione. ¶ Nullus
autem penitus molestetur pro tributis terrarum quas non
possidet. sed etiam si contingat agricolas alienum compe
tere aut in scriptionis propria hec possidentem illos mole
stiam sustinentes nisi sponte propria uoluntate tali func
tione se fecit obnoxium. ¶ Eos autem qui publica tri
buta exigentes iustis ponderibus et mensuris uti precipimus
ut neque in hec nostros tributarios ledant. ¶ Si autem col
latores preter grauari se dicunt in mensuris siue in pon
deribus habeant licentiam secundum eas quem mensuras et pondera
gloriosissimus prefectus auri uero et argenti et reliquorum
metallorum pondera gloriosissimo pro tempore comite sa
crarum largitionum accipere. hac mensuras et pondera
in sanctissima uniuscuiusque ciuitatis ecclesia seruari.
ut secundum ea et grauamine collatorum et fiscalium illatio
et militares et alie expense fiant. ¶ Ciuitatum uero
interea prouinciarum habitantium eas prefectis presumptio cesset.
Iubemus nulla omnino esse licentia fiscalium exactori
bus communicare pecuniis que operibus frumentis ciuita
tum et aqueductis aut aliis quibuslibet sollempnitatibus
aut salariis deputata sunt aut retinere aliquid ex eis
aut aqueductum in aliud dirigere. sed sine aliqua dilati
one aut imminutione hec preterire aut prestari ab admini
stratoribus in quibus deputata sunt operibus. sed neque possessores aut
habitatores ciuitatum presumant quolibet modo auferre
aliquid ex ipsis pecuniis aut nomine descriptionis. non
autem pro sportulis dare aliquid ex huiusmodi expensis. Si quis
autem dare aut accipere ex huius presumpserit. iubemus eum
de suo dupla quantitate hec ciuitati reddere. sed neque
prouinciarum iudices aut eorum officia aut alium quemlibet
omnino principum hinc aliquid ad proprias petitiones. aut eo
rum dispensationem semet ipsum inmiscere. sed ciuitatis sanctis
simum episcopum et primates nec non et ceteros possessores constitu
ere quem preesse ciuitatis frumentariis et alios huiusmodi
dispensatores. ¶ Singulis autem annis implens sanctis
simum episcopum cum quinque primatibus ciuitatis rationes
exigere eos qui ab ipsis ordinati sunt. et siquid ex tabularis
rationiis apparuerit debitum aut remansisse exigi
huiusmodi dispensatores periculo eos constituentium et utilita
tibus quibus deputata sunt reseruare. ¶ Si quis ex predictis dis
pensatoribus inefficax inueniatur repetere hoc ex nominatis
iubemus. Aliquo pro sanctissimo ciuitatis episcopo et reli
quis possessoribus sicut prius dictum est ordinari. ¶ Scientibus
hiis qui denominant eos. quia siquid dampnum ciuitati con
tigerit ex propriis substantiis hec medebuntur. ¶ Nulli
uero liceat eos qui in officio sunt gloriosissimorum prefectorum
aut in alio officio aut in scola constitutorum talia rati
onia committi. excepto eo qui de administrationis aut
alterius iudicis scriptis nec si pragmaticam aut aliam
sanctionem aut sacrum commonitorium accipiat preceptionis
et aliquod tale siquid fiat huiusmodi. licentiam hic iubemus
cuiusque ciuitatis sanctissimum episcopum et primates non re
spondere premonitis capitulis talibus personis referat
autem ad nos ut hec agnoscentes illatum ciuitatibus dampnum
ex eorum substantia restitui iubemus et competentem

in iudicem talibus inferimus. Super hec iubemus sanctissi
mos operum sub prefecto sacrorum pretoriorum constitutos
nullum principum ad talia ratiocinia omnino habere
ingerentibus omnibus per quecumque siue generaliter siue specialiter ali
quod tale quidem concessum est aut postea impetretur. propter pre
dictas enim causas rationes nulli committi uolumus nisi
nos pro decore ciuitatibus existimantes uirum bone oppinio
nis et dignitate ordinatum elegerimus qui debeat nobis
in scriptura diuinam iussionem pro tempore continentem et per cuius
piam subscriptionem et illius nomen et dignitates et eius
et tempora quorum ei ratiocinia committimus eos aut qui
a talibus personis rationes exigitur omnem habere tute
lam iubemus aliquam conditionem nullatenus sustinentes.
Adhec scimus in nullo nostre rei publice loco esse episcopum
et iudicem esse loci seruatorem gloriosissimorum prefectorum aut
magistrorum militarium cinguli. sed nec aliquam exactionem
fiscalium tributorum agentem loci seruatorem esse gloriosis
simorum prefectorum aut magistrorum militarium et simplici
ter dicendum nullum in prouinciis fieri loci seruatorem prefec
torum nisi per nostram scriptam iussionem in expeditis ubi mi
litares exigit et loci seruatorem mitti eidem prefecture qui
debeat prouidere militaribus expensis. ¶ Siquidem autem
extra hec relinquitur et committatur: qui quidem loci seruatorem
fecit. xxx. librarum auri pena exigetur restituturus
omne dampnum per eum qui ab eo directus est aliquis pertulerit.
Qui uero non fieri presumpserit et proprio cingulo et dignitate et
militia priuabitur et .x. librarum auri pena mulctabi
tur. ¶ Adhec adprohibemus et in prouinciis existentes
iudices ciuiles et militares in ciuitatibus aut castris loci
seruatores in commissis sibi prouinciis facere. ex quo iudi
cet in prouinciam accesserit et in quantum in ea administrauerit
v. auri librarum pena imminente tam facienti loci seruatorem
iudici quam fieri presumente. Antequam uero in prouinciis
ueniant iudices dimittere licentiam uices agentes suos
instituere qui debeant usque ad suam presentiam gerere que possint
ipsi iudices facere citra tamen nouissimum supplicium aut
membri incisionem. ¶ Sed siquis ex iudicibus secundum iussionem
nostram in aliam regionem mittatur et liceat ei per similem
modum loci seruatorem suum facere. ¶ Iubemus autem omnes
iudices tam militares quam ciuiles per se requirere eos qui
latrocinia aut uiolentias aut rapinas rerum aut femi
narum aut alia quelibet in prouinciis illicita committunt.
et supplicia eis legitima inferre. neque penitus causas
capere aliquod consuetudinis nomine. ut omnes undique nostri
collatores inlesi seruentur. ¶ Non enim permittimus ci
uilibus maiori aut minori militari iudici aut latro
num insecutores aut uiolentiarum inhibitores aut tribu
nos pretoribus causis in prouinciis ordinare aut qui debeant
aliquos examinare ne per tales occasiones amplioris
uiolentie inferatur prouincialibus. ¶ Siquis autem iudicum
hec non custodierit cognoscat non solum commisso sibi cin
gulo spoliandum. sed et .x. librarum auri pena exsoluere qui
presumpserit talem eum assumere. post dominica uero con
fiscationem substantie in exilium redigendum et in exilium
relegando. ¶ Adhec iubemus prouinciarum iudices et
officia eorum si quando decurrerit ad ciuitates ueniunt neque
grauaret neque descriptionibus aut aliis expensis collatores
grauare. sed ex deputatis sibi defuncto annonis expensas
facere. ¶ Super hec sancimus prouinciarum iudices omnibus
modis post depositionem cinguli quinquaginta dies in pro
uinciis commorari et conuentiones aliquas contra se mouen
tibus reddere. ¶ Si uero contigerit aliquem ex eis ante com
pletos quinquaginta dies deserere prouinciam. Iu
bemus omnes a beo dampnum aliquos passos simul
ingredi apud sanctissimum metropoleos episcopum eiusdem pro
uintie et sub gestis monumentorum unumquemque tangentibus
sancta euangelia palam facere illata dispendia et ex illius
substantia continue que talia facta sunt monumentis et
dampnum lesis restitui prouidentia et periculo pro tempore presi
dentium tractare eiusdem prouincie scientibus quia si hec comple
re neglexerint ipsi ex propriis facultatibus omnia dampna
lesis restituere compellentur. ¶ Si quis autem ex iudicibus pro
uinciarum aut eueheretur ad aliam administrationem aut op
ad aliam prouinciam ei credatur. ¶ Iubemus eum legi
timo procuratore constituto conuentiones proponentibus
pro dampnis respondere. quod nisi fecerit. sanctum uero mu
niera apud sanctissimum episcopum sicut superius exag

et de aspectu illa tres eis iurantibus secundum gestorum virtutem omne depositum reddi, pro iusticia simul et periculo propriis prefectorum uniuscuiusque provincie tractatorum. Omnes autem pecuniarias penas que presentia continet a comite privatarum rerum exigi eos qui presentem legem non servaverint et nostro fisco vindicari sancimus, qui nisi eas vindicaverit, ipse cum administrante sibi scola exigenda [?] facultate huiusmodi quantitatem persolvere cogitur. Que igitur per presentem legem nostram salubriter in perpetuum profuturam valituram et [?] vestrorum collatorum disposuimus, tua gloria inviolata et immota permanere servare festinet. Et ad omnium notitiam venire faciat edictis quidem in hac regia civitate sollempniter propositis, per provincias autem apud clarissimos provinciarum iudices directis, ut per eos omnibus collatoribus manifesta fiant. De clericis et episcopis et monachis. Rubrica.

Imp. Iust. A. Petro gloriosissimo pp. De gubernatione et privilegiis aliis quidem diversis capitulis ad sanctissimas ecclesias et alias venerabiles domos pertinentibus iam quedam disposuimus. Super sanctissimis autem episcopis et monachis diversis [?] constitutionibus disposita cum competenti correctione hac comprehendere lege perspeximus. Sancimus igitur cum opus fuerit episcopum ordinari, clericos et primates civitatis cuius futurus est episcopus ordinari, mox in tribus personis decreta facere, propositis sacrosanctis evangeliis periculo suarum animarum dicentes in ipsis decretis, quia neque propter aliquam donationem aut propter aliquam promissionem aut amicitiam aut propter aliam qualibet causam, sed scientes eos recte et catholice fidei et honeste vite et litteras nosse hos elegerunt, et quia neque uxorem neque filios aliquando habent, neque concubinam aut filios naturales cognoscit eum habuisse aut habere. Sed si prius aliquis uxorem habuit, et ipsam unam et primam, et neque viduam neque viro divisam neque legibus aut sacris canonibus vel constitutionibus interdictam. Sed neque curialem aut officialem hunc esse cognoscit, aut si fuerit curialis vel officialis subiaceat fortune, sed fuerit cum in monasterio non minus non minus quindecim annis monachicam conversationem implesse. Hec quoque decretis oportet inferri quia non minus quam .xxxv. certis habet annos, ut qui eligitur ab eis cognoscatur per omnem vitam ut ex trium personarum pro quibus talia decreta facta sunt melior ordinetur electione et periculo ordinantis. Curialem vero vel officialem qui sic ut dictum est .xv. annis in monasterio conversatus est ad episcopatum pervenerit, liberum esse propria fortuna. Ita tamen ut liberatus a curia quartam partem substantie sibi retineat, reliquis eius rebus secundum nostram legem curie et fisco vendicandis. Damus autem licentiam decreta facientibus si quemquam laicorum preter curialem et officialem dignum memoratam electionem esse putaverint, hunc cum aliis duobus clericis aut monachis eligere, ut si laicus hoc modo ad episcopatum eligatur, non repente episcopus ordinetur, sed primo inter clericos non minus tribus mensibus connumeretur [?] regulas et cotidianum ministerium ecclesie edoctus episcopus ordinetur. Qui enim alios debet docere ab aliis post ordinationem doceri non debet. Si vero evenerit in quibusdam locis non inveniantur tres persone ad talem electionem oportune, liceat decretum facientibus in duabus vel una persona decretum facere, consonis tamen dictis a nobis habentes testationes. Si vero qui debent episcopum eligere intra sex menses non fecerint, periculo proprio ille cui competit ordinare episcopum ordinet, omnibus aliis que posuimus observandis. Siquis autem citra memoratam ordinationem episcopus ordinetur, iubemus hunc omnibus modis episcopatu depelli. Sed etiam illum qui preter hec presumpserit ordinare, segregari uno anno sacro ministerio et omnem eius substantiam que quolibet tempore aut modo in eius dominio deducta est propter culpam quam fecerit domino ecclesie cuius episcopus est vindicari. Siquis autem ad ordinationem electum episcopatus accusaverit in qualibet causa que possit secundum leges aut canones eum a promovenda ordinatione [?], differatur huiusmodi ordinatio, et prius hec causa posita cum sive presentia accusatore et ab eo et ab eo posita causam exquiratur, sive etiam differente tribus mensibus suam accusationem implere diligenter examinari ab illo a quo futurus erat episcopus ordinari, et siquidem obnoxium accusator eum invenerit, prohibeatur ordinatio. Si vero obnoxius non inveniatur, ordinatio quidem non impediatur, accusator autem sive non probaverit sive etiam fugerit propositam accusationem provintia in qua habitat prohibeatur. Siquis autem ante examinationem accusatum ordinaverit, ordinatus quidem sacerdotio repellatur, quod tale ordinatum festinavit, supplicio dicte subiaceat pene, tamen in ante [?] prohibitione sacri ministerii, quam etiam ut omnes eius res ecclesie vendicentur. Pro omnibus illud servari sancimus, ut nullus pro suffragio auri aut aliarum rerum episcopus ordinetur. Siquid tale autem committatur, ipsi semet ipsos et qui dederit et qui acceperit et mediatores eorum secundum scripturas sacras et sacras regulas deprivationi subiacent, et pro ea quod dat aliquid accipit a mediatore eorum factus sacerdotium aut cingulum honore clericali removeatur. Quod autem pro hac causa datum est ecclesie illi vendicetur cui sacerdotium voluit comparare. Si vero laicus fuerit per hac causa aliquid acceperit aut mediator rerum fecit, ea datum res in duplum exigi eum iubemus ecclesie vindicandas. Non solum autem que secundum huiusmodi dantur vindicari percipimus, sed etiam omnem cautionem pro hac quolibet modo expositam et pignorum vel fideiussorum vel dationem vel obligationem et omnem aliam quamlibet cautionem vacare sancimus, et super hoc qui promissionem accepit non solum professionem reddat, sed etiam aliud tantum quantum professio continet exigatur, quod debet ecclesie dari. Siquis autem episcopum sive ante suam ordinationem sive post voluerit propriam rem aut partem earum ecclesie offerre cuius sacerdotium accepit, non prohibemus et omni contemplatione propria presentis legis liberum eum esse sancimus. Sed etiam omni laude dignum iudicavimus, quia hec non est emptio sed oblatio. Pro consuetudinibus autem illa sola permittimus prebere ab ordinatis episcopis que subsequenter presenti lege inserta sunt. Iubemus igitur beatissimos quidem archiepiscopos et patriarchas hoc est senioris Rome et Constantinopoleos et Alexandrine et Theopoleos et Ierosolimorum. Siquidem consuetudo habet episcopis aut clericis in eorum ordinatione aut minus quam .xx. libras auri dari, ipsa solummodo prebere que consuetudo recognoscit. Plus autem ab hac quantitate nichil super .xx. auri libras prebere. Metropolitas autem a propria sinodo aut beatissimis patriarchis ordinatos et alios episcopos omnes qui aut a patriarchis aut metropolitis ordinantur dare pro intronisticis quidem solidos centum. Notariis autem ordinantis et aliis ministrantibus ei et sollempniter accipientibus solidos .ccc. Si vero ecclesie redditus minus quidem quam .xxx. auri libras per annum reddat, non minus autem .x., dari pro intronisticis sol. .c. Si vero minus quidem quam .x., non minus autem .v. auri l. ecclesie redditus esse contigerit, pro intronisticis dari sol. quidem .l., in omnibus autem aliis ex consuetudine percipientibus sol. .xx.iiii. [?] cc. Si autem minus a .v., non minus a tribus auri l. ecclesie redditus habet, pro intronisticis solid. .xviii., omnibus autem ex consuetudine percipientibus solidos .xxiiii. Si autem minus tres, non autem minus quam duas l. auri quantitas redditum ecclesie comparatur, dare pro intronisticis quidem sol. .xii., pro omni vero alia consuetudine sol. .vi. Episcopum enim ecclesie minus duas auri l. redditus habentes neque pro intronisticis neque pro alia consuetudine qualiber dare aliquid permittimus. Hec autem que pro eis disposuimus presbiteri ordinantis episcopi et archidiaconus suscipientes ex consuetudine percipientibus dividant. Hec igitur iubemus modis omnibus observari, ut non extraneis [?] occasionibus ecclesie debitis pregravetur et sacerdotia fiant. Siquis autem ultra quantitatem a nobis diffinitam pro intronisticis aut consuetudinibus quolibet modo presumat accipere, iubemus quicquid plus accepit triplum ecclesie ex rebus eius vendicari datis. Sed hec quidem pro episcoporum ordinatione dicta sunt. Post ordinationem vero servili et ascriptitia fortuna ipsos liberos esse precipimus, nisi curialis aut officialis citra predictam observationem ordinetur. Tales enim episcopatu remotos curie aut officio restitui iubemus, ut non ex tali fortuna sacerdotio fiat iniuria. Illos qui ante hanc nostram legem ex curiali fortuna inveniuntur episcopi ordinati huiusmodi quidem fortuna esse liberos, legitimam vero partem ex propriis rebus curie et fisco dare, sic tamen ut nulla in

ministrationem ecclesiasticae utilitati substineat. In rebus autem quas in episcopatu acquisierit ecclesiae eorum competere disponimus.

Si vero contigerit ordinatum episcopum sub propria parentis potestate esse, ex ipsa ordinatione suae potestatis sit.

Deo autem amabiles episcopos et monachos ex nulla lege tutores aut curatores cuiuscumque personae fieri permittimus. Presbyteros autem et diaconos et subdiaconos iure et lege cognationis tutelam aut curam suscipere permittimus, propterea eos solo gradu cognationis ad tutelam vel curam vocatis et huiusmodi administrationem suscipere permittimus. Si tamen intra quatuor menses ex quo vocati sunt apud competentem iudicem scripto declaraverint talem administrationem propria voluntate suscepisse. Aliquis eorum forsan hoc fecerit, nullum exhinc in alia tutela aut cura privilegium patiatur.

Alienum autem aut susceptorem aut exactorem fiscalium functionum, aut conductorem publicorum aut alienorum possessionum, aut curatorem domus aut procuratorem litis aut fideiussorem pro talibus causis episcopum autem aut yconomum aut alium clericum cuiuslibet gradus aut proprio nomine monachum aut ecclesiae aut monasterii fieri non sinimus, ut non per hanc occasionem et sacris domibus fiat dampnum et sacra ministeria impediantur.

Si autem ecclesiis aut monasteriis possessiones quedam adiacentes inveniantur et voluerint dispensatores ipsarum venerabilium domorum in conductione aut emphyteosin has accipere, tunc omnibus clericis et monachis, prius causa in proposito instrumento subgestis monumentorum consentientibus et manifestantibus pro utilitate venerabilium domorum hoc fieri, talem conductionem et emphyteosin procedere sinimus. Sed etiam piis sacratissimis ecclesiis et aliis venerabilibus domibus damus licentiam conductiones et emphyteoses eos facere ad invicem.

Ecclesias similiter propriarum ecclesiarum possessiones conducere et gubernare cum voluntate tamen episcopi et yconomi permittimus, exceptis personis quas per aliam legem hoc facere prohibuimus.

Siquis autem contra ea que dicta sunt aliquid fecerit, siquidem episcopus sit, omnes eius res ex qualitate eius ut persona fuerit acceptum sive post hec ad eum venientes eius ecclesiae vendicari sinimus.

Si autem yconomi aut clerici alii fuerint hec delinquentes, penam eos pecuniariam qualem competens episcopus probaverit exigi ecclesiae vendicandam.

Sed etiam quod conductionem teloneorum aut cuiuslibet possessionis aut publicarum collationum perceptionem aut exactionem aut sollicitudinem domus omnes credentes aut fideiussores eos praememoratis causis suscipientes nullam contra ecclesiam aut monasterium aut [illegible] aut gubernatium aut contra illas personas quibus crediderint aut contra facultates aut fideiussores eorum habeant actiones.

Illi vero qui publicarum collationum aut tributorum susceptionem aut conductionem aut exactionem memoratis personis crediderint aut fideiussores eos acceperint, si quod dampnum publico contigerit, ex propria facultate restituere compellentur.

Nulli vero iudici licebit deo amabiles episcopos cogere ad iudicium venire pro ferendo testimonio. Sed iudex mittat ad eum quosdam ex personis ministrantium sibi, ut propositis sacris evangeliis secundum quod decet sacerdotes dicant que noverint. Sed neque pro qualibet pecuniaria vel criminali causa episcopum ad civilem iudicem aut militarem invitum produci vel exhiberi contra imperialem iussionem permittimus.

Sed iudicem qui tale aliquid sive ex iussione sive ex suo scripto presumpserit imperare, post cinguli privationem XX. auri librarum penam persolvere iubemus ecclesiae cuius episcopus produci aut exhiberi iussit. Executorem similiter post cinguli privationem et verberibus subditum in exilium deportandum.

Interdicimus autem deo amabilibus episcopis proprias relinquere ecclesias et ad alias regiones venire. Si vero necessitas faciendi hoc contigerit, non aliter nisi cum litteris beatissimorum patriarche aut metropolite aut principalem videlicet iussionem hoc faciant. Ita tamen ut veniens ille episcopus qui sub beatissimo archiepiscopo constantinopolitano et patriarcha fuerint, liceat citra permissionem eius aut nostre iussionis ad regiam civitatem venire.

Sed non etiam secundum hunc modum episcopus cuiuscumque loci presumat fuerit, non amplius uno anno suam relinquat ecclesiam. Episcopos autem in regiam civitatem sicut dictum est venientes cuiuslibet fuerint dioecesis, pro omnibus ire ad beatissimum archiepiscopum constantinopolitanum et patriarcham et ita per eum ad nostram venire tranquillitatem.

Circa autem hanc nostram dispositionem aut presidentibus aut ultra diffinitum unius anni tempus extra suam ecclesiam facientibus modis primum quidem non ministrari ab yconomis propriae ecclesiae expensas. Deinde admoneri eos per litteras sacerdotum sub quibus agunt, ut revertantur ad suas ecclesias. Differentes autem reverti secundum sacras regulas [illegible] a sacris canonibus renititur episcopus ad suas ecclesias, ipsos quidem episcopatu expelli, et aut per eis meliores ordinari secundum presentis legis virtutem. Hec ipsa in presbyteris valitura [illegible] fuerint aut ministerii.

Ut autem omnis ecclesiasticus status et sacre regulae diligenter custodiantur, iubemus unumquemque beatum archiepiscopum et patriarcham et metropolitam sanctissimos episcopos sub se constitutos in eadem provincia semel aut secundo per singulos annos ad se convocare, et omnes causas subtiliter examinare quas episcopi aut clerici aut monachi ad invicem habent, eosque disponere et siquid contra regulas a quacumque persona delinquitur emendare.

Interdicimus autem sanctissimis episcopis et presbyteris et diaconibus et subdiaconibus et lectoribus et omnibus aliis cuiuslibet venerandi collegii aut scematis constitutis ad tabulam ludere aut aliis ludentibus participes aut inspectores fieri, aut ad quodlibet spectaculum clericos spectandi gratia venire. Siquis autem ex eis hoc deliquerit, iubemus hunc tribus annis ab omni ministerio venerabili prohibitum in monasterio redigi.

Si autem in medio tempore ostenderit digna sui vitam penitentia, licet sacerdoti sub quo constitutus est minuere tempus et hunc in suo proprio reddere ministerio. Scientibus quoque sanctissimis episcopis et tenentibus hec iudicium, quia si tale aliquid agnoscentes non vindicaverint, ipsi rationem deo pro talibus persolvant.

Nullum autem episcopum invitum cogi quemlibet clericum sub eo constitutum de proprio clero dimittere et alii sociare.

Omnibus autem episcopis et presbyteris interdicimus segregare aliquem a sacra communione antequam causa monstretur propter quam sacre regule hoc fieri iubent. Siquis autem preter hec a sacra communione quemquam segregaverit, ille quidem qui iniuste segregatus est communione soluta ex collatione a maiore sacerdote sacram mereatur communionem. Qui vero aliquem a sacra communione segregare presumpsit, modis omnibus a sacerdote sub quo constitutus est a communione separabitur quanto tempore ille perspexerit, ut quod iniuste fecit iuste substineat. Sed neque liceat episcopum propriis manibus percutere aliquem. Hoc enim extraneum est a sacerdoti.

Siquis autem episcopus secundum ecclesiasticas regulas sacerdotio pulsus presumpserit ingredi civitatem ex qua expulsus est, relinquens locum in quo iussus est degere, iubemus hunc in monasterio in alia regione constituto tradi, ut quod inique deliquit in monasterio corrigat.

Clericos autem non aliter ordinari permittimus nisi litteras sciant et rectam fidem utique habeant. Et neque concubinam aut naturales habuerint aut habent filios. Sed caste vivere aut uxorem legitimam et ipsam unam et primam habentes, neque separatam neque viduam, neque aliis legibus aut sacris canonibus interdictam.

Presbyterum autem minorem XXXV. annorum fieri non permittimus, sed neque diaconum aut subdiaconum minorem XXV. neque lectorem minorem XVIII. annorum. Diaconissam vero in sanctam ecclesiam non ordinari que minor est annis XL. aut ad secundas venit nuptias.

Si autem tempore ordinationis clerici cuiuscumque collegii aut ordinis accusator aliquis apparuerit dicens eum indignum ordinatione esse, differatur ordinatio, et omnia vera procedant cum per examinationem quia per maritis que in episcoporum ordinationibus superius sancivimus.

Si vero futurus diaconus ordinari non habuerit uxorem sicut superius dictum est, cum invitam sibi non aliter ordinetur, nisi prius ab ordinatore eum interrogatus presumpserit posse post ordinationem et sine legitima uxore hec te vivere.

Non valente eo qui ordinatur in tempore ordinationis promittere diacono aut subdiacono post ordinationem uxorem accipere. Si autem quis permittit, episcopus expellatur ab episcopatu.

Si vero post ordinationem presbyter aut diaconus aut subdiaconus uxorem duxerit, expellatur a clero et curiae civitatis illius in qua clericus erat cum propriis rebus tradatur.

Si vero lector secundam inducat uxorem aut primam quidem viduam aut separatam a viro aut legibus aut sacris canonibus interdictam, nequaquam ad alium ecclesiasticum ordinem provehatur. Sed etiam si quolibet modo ad maiorem ordinem provehatur, expellatur et priori restituatur.

Sed neque curialem aut officialem clericum fieri permittimus, ut non exhinc venerabili clero fiat iniuria.

Si vero in clero

tales constituantur personae, tanquam neque ad ordinem producte propriae fortunae restituantur, nisi forte monachicam vitam aliquis eorum non minus .xv. annis impleverit. Talem enim solum permittimus ordinari, legitimam videlicet partem curiae et fisco dandam, et hoc similiter clerico constituti monachi concedente vitam impleverint.

¶ Sicut enim porro hoc elicitur honore uxore eam aliquis eorum duxerit aut etiam binam habuerit, cum et officio curiali tantum cuius fortune subiacebat reddatur, etiam si maxime tali ecclesiastico gradu teneatur in quo quis constitutus non prohibetur sacris canonibus et legibus uxorem accipere. Hoc autem et in palatinis omnibus et monachis tenere sancimus qui de monasteriis ad quemlibet ecclesiasticum gradum transferuntur, cuius nullius fortune subiecti fuerint.

¶ Ergo generaliter sancimus nulli licere in quolibet ecclesiastico gradu constituto discedere ab conversatione ad secularem fieri, scientibus tale aliquid facientibus quia qui in proposito sibi cingulo aut dignitate aut militia nudabuntur et curiali fortune proprie civitatis tradentur.

¶ Quia autem ante quam nostram legem clerici ordinati sunt ex curiali fortuna, pro substantias personis peculiaria munera complere corporalibus aut liberos faciunt. Sed neque clericum cuiuscumque gradus dare aliquid ei a quo ordinatur aut alii cuilibet permittimus personis solatia aut percipere consuetudines huius quae ordinationum sunt ministrorum ex consuetudine accipientibus, unius anni emolumenta non transcendentes. In sancta vero ecclesia in qua constituuntur sacra complere ministeria nulla percipitur pecunia eum clericum dare praesentia insinuatione, neque ob hanc causam propriis emolumentis aut aliis portionibus huius privari.

¶ Sed neque xenodochium aut nosocomium aut ptochotrophium aut aliam quamlibet venerabilem domus gubernatorem aut quamcumque ecclesiasticam sollicitudinem agentem dare aliquid illi a quo constituitur aut alii cuicumque personae pro commissa sibi gubernatione.

¶ Quicumque vero praeter haec quae disposuimus aut dat aut accipit aut mediator sit sacerdotio aut huiusmodi clerico commisse sibi cuiuscumque gubernationis nudabitur. Hoc quod accipitur vendicandis venerabili loco cuius talis persona ordinationem aut sollicitudinem aut gubernationem accepit.

¶ Si autem secularis sit qui accepit aut mediator factus est, quod datum est in duplum repetitur et venerabili loco in quo talis persona ordinationem aut gubernationem aut sollicitudinem suscepit praebetur.

¶ Si quis autem clericus cuiuslibet venerabilis domus aut ante ordinationem commissi sibi cuiuscumque gubernationis aut sollicitudinis aut postea aliquid voluerit suarum rerum offerre ecclesiae in qua ordinatur aut loco cuius gubernationem aut sollicitudinem suscepit, non solum non prohibemus hoc fieri sed etiam magis sancimus talia. Probabilia autem sunt facta. Non enim solum illa dari prohibemus quae pro his personis quibusdam praebentur, non quae sanctis ecclesiis aut aliis venerabilibus locis offeruntur.

¶ Si servus sciente et non contradicente domino in clero ordinatus fuerit, ex hoc ipso quod constituitur et liber et ingenuus erit.

¶ Si vero ignorante domino ordinatio fiat, liceat domino intra spatium unius anni et servilem fortunam probare et suum servum recipere.

¶ Si vero servus sciente domino aut nesciente sicut diximus eo quod in clero constitutus est hoc factus, ecclesiasticum ministerium reliquerit et ad secularem transierit vitam, suo domino ad servitium contradatur.

¶ Ascripticios autem in propriis possessionibus quarumcumque sunt in sanctis clericos et praeter voluntatem dominorum fieri permittimus, ita tamen ut clerici facti agriculturam sibi impositam adimpleant.

¶ Si quis oratorium domum fabricaverit et voluerit in ea clericos ordinare aut ipse aut heredes eius, si expensas praebeant clericis ministrantibus et dignos denominaverint, denominatos ordinari. Si vero quos ab eis eliguntur tanquam indignos prohibent sacrae regulae ordinari, tunc locorum sanctissimus episcopus quoscumque putaverit meliores ordinari procuret. Sancimus autem reverentissimos clericos suis ecclesiis observare omneque eis competens ecclesiasticum ministerium adimplere, hoc tenente unicuique ordinis ecclesiasticis primatibus.

¶ Eos qui hoc non custodiunt regulam multae subiacentibus.

¶ Presbyteros autem et diaconos et diaconissas et subdiaconos et lectores quos clericos appellamus, res quolibet modo ad eorum dominium venientes hic sub sua potestate percipimus ad similitudinem castrensis peculii et donare secundum leges et in his testari, licet sub parentum sint potestate, sic tamen ut horum filii aut his non existentibus parentes eorum legitimam partem ferant.

¶ Reverentissimis autem presbyteris aut diaconibus et si inventi fuerint per pecuniam eum falsum testimonium perhibuisse, sufficiat pro verberibus tribus annis separatim facto ministerio et monasterio tradi.

¶ Pro criminalibus autem causis falsum testimonium dixerit, de clero nudatus legitimis subdi poenis percipimus.

¶ Reliquos autem omnes in aliis ecclesiasticis ordinibus constitutos, si falsum testimonium cuiuslibet causae sive pecuniariae sive criminali dixisse convincantur, non solum ecclesiastico officio repelli sed etiam verberibus subdi.

¶ Si quis contra aliquem clericum aut monachum aut diaconissam aut monastriam aut ascetriam habeat aliquam actionem, adeat prius sanctissimum episcopum cui horum unusquisque subiacet.

¶ Ille vero inter eos causam iudicet. Et siquidem utraque pars his quae iudicata sunt acquieverit, iubemus per loci iudicem hoc executioni perfecte contradi.

¶ Si quis autem litigantium intra .x. dies contradixerit his quae iudicata sunt, tunc locorum iudex causam examinet. Et si invenerit iudicium recte factum, etiam per sententiam propriam hoc confirmet et executioni perficienda tradat quae iudicata sunt, et non licet secundo in talibus eum victo appellare.

¶ Si vero iudicis sententia contraria fuerit his quae a deo amabili episcopo iudicata sunt, tunc locum habere appellationem contra sententiam iudicis, et hanc secundum legum ordinem referri et exerceri.

Si tamen ex episcopali iussione aut iudiciali praecepto episcopo subdicat inter quascumque personas appellatio aut adimpletionem aut ad eum qui transmisit negotium refertur, et quem licet episcopali appellationem sententiae.

¶ Si vero crimen fuerit quod adversus quemlibet memoratarum reverentissimarum personarum inferatur, siquidem apud episcopum aliqua accusatur et ipse veritatem invenire potuerit, ab honore aut gradu hunc secundum ecclesiasticas regulas deiciat, et tunc competens iudex hunc comprehendat et secundum leges litem examinans finem causae imponat.

¶ Si vero prius civilem iudicem adeat accusator et crimen per legitimam examinationem potuerit approbare, tunc episcopo locorum gesta monumentorum palam fiant. Et si ex his agnoscit propositi crimina commisisse eum, tunc ipse episcopus hunc secundum regulas ab honore seu gradu quem habet separet, iudex autem ultionem ei inferat legibus congruentem.

¶ Si vero disputaverit episcopus gesta non iuste confecta, liceat ei differre innodare honore seu gradu accusatam personam, ita tamen ut huiusmodi persona sub legitima cautela fiat, et ita ad nos negotium tam ab episcopo quam a iudice referatur, ut nos hoc cognoscentes quae videntur nobis iubeamus.

¶ Si quis autem pecuniariam eum contra aliquam omnium memoratarum personarum habuerit aliquam actionem, et episcopus distulerit inter eos iudicare, licentiam habeat actor civilem iudicem adire, ita tamen ut accusata persona nullo modo cogatur fideiussorem dare, sed solam cautionem sive iurata cum hypotheca suarum rerum exponere.

¶ Si vero pecuniaria eum accusatio contra aliquam memoratarum personarum proponitur, sub legitima cautela accusata fiat persona.

¶ Si autem ecclesiastica causa est, nullam communionem habeant iudices civiles circa talem examinationem. Sed sanctissimus episcopus secundum sacras regulas causae finem imponat.

¶ Si quis vero sanctissimorum episcoporum et clericorum synodi dubitationem aliquam ad invicem habent sive pro ecclesiastico iure sive pro aliis quibusdam rebus, primo metropolita eorum cum aliis de sua synodo episcopis causam examinet vel iudicet. Et si non ratum habuerint utraeque partes quae iudicata sunt, tunc beatissimus patriarcha dioeceseos illius inter eos audiat et illa determinet quae ecclesiasticis canonibus et legibus consonant, nulla parte sententiae eius contradicere valente.

¶ Si autem et a clerico aut alio quocumque aditio contra episcopum fiat propter qualemcumque causam, apud sanctissimum eius metropolitam secundum sacras regulas et nostras leges causa iudicetur. Et si quis iudicatis contradixerit, ad beatissimum archiepiscopum et patriarcham dioeceseos illius referatur causa, et ille secundum canones et leges huic praebeat finem.

¶ Si vero contra metropolitam talis aditio fiat ab episcopo aut clerico aut alia quacumque persona, dioeceseos illius beatissimus patriarcha similiter modo causam iudicet.

¶ Pro omnibus autem causis per quibus apud proprium metropolitam sive apud patriarcham sive apud alios quoscumque iudices episcopi conveniantur, nullam fideiussionem aut cautionem praestare exigantur. Sic tamen ut ipsi instituant iuratoriis sibi causis semetipsos absolvere.

¶ Yconomos autem et xenodochos et nosocomos et ptochotrophos et aliorum locorum venerabilium gubernatores et alios omnes clericos iubemus per proprium sibi

gubernationibus apud proprium episcopum cui subiacent
conveniri: et rationem sue gubernationis facere et exigi que
exceptis debentes ostendunt vel venerabili reddendum
domui cuius ordinatione debitum apparuit. Si vero
putaverint se gravari post repetitionem metropoli-
tanum examinet. Si vero metropolita fuerit qui
quam predictarum personarum huiusmodi eis examinatus et debi-
tum exegerit et exactus putaverit se gravatum diocesis
illius beatissimus patriarcha eum determinet. Non enim
concedimus predictas personas pro memoratis causis ante
examinationem et exactionem debiti proprios episcopos decli-
nare et ad alia venire iudicia. Si quis autem ex ecclesiasti-
cis cui aliqua talis dispensatio credita est ante omnium ra-
tionum expositionem et debitorum solutionem moriatur
iubemus eius heredes similiter modo rationibus et exac-
tionibus subiacere. Si quis episcopus aut clericus ex quacumque
provincia in Constantinopoli expetiatur et voluerit aliquis
adversus eum actionem proponere. Siquidem litis contestatio
in provincia pro ipso negotio facta est ibi litem compleri. Si
vero non dum inchoata est apud gloriosissimum prefectum ori-
entis pretoriorum aut apud eos quibus fuerint deputati
iudices convenientibus eum respondere. Reverentissi-
mi vero apocrisiarii cuiuscumque sanctissime ecclesie qui in regia civi-
tate degunt aut ad beatissimos patriarchas aut ad me-
tropolitas aliis episcopis neque pro causa ecclesie aut debito
publico aut privato aliquam conventionem substineant
nisi mandatum habuerint ab aliis episcopis aut yconomo aut
aliquos conveniant. Tunc enim solis illis qui habent conveni-
ri tur damus licentiam si quam obligationem habeant cetere
ecclesiarum aut ceteri episcopi eorum proponere. Si vero et quibusdam
causis vel rationibus semetipsos obligatos fecerint tem-
pore quo responsa faciunt et propriis conventionem susci-
piant. Si vero episcopi vel clerici perveniant a propriis ec-
clesiis propter suam legationem vel ordinationem episcopi ad re-
giam civitatem vel ad aliud quodlibet locum proficiscuntur
iubemus eos nullam molestiam aut importunitatem a qua-
libet persona substinere licentia existente his qui obliga-
tos eos putant, si hic postquam ad provinciam reversi fuerint
convenire eos nullo eis minus quod se putant hic eis facere
de pro iudicio de temporalibus prescriptionibus propter tempus quod in
tali eis preteriere. Si quis autem eis emerserint vel
admonitio et executio inferatur pro qualibet pecuniaria
causa sive publica sive privata clerico aut monacho aut
monasterio maxime feminarum iubemus sine iniuria et cum
competenti honore admonitionem fieri non tamen monastriam
aut asceteriam monasterio abstrahi. Sed procuratorem ab
huius ordinari qui pro causa respondeat. Monachis autem
liceat sive per se sive per procuratorem monasterium causam agere.
Sciente quod hec prevaricatur iudice vel executore quod a
cingulo expoliabitur et penam .x. librarum auri exigetur
per magnificentissimum comitem privatarum rerum execu-
tore scilicet tamen per hec etiam verberando et in exilium dam-
pnando locorum sanctissimis episcopis providentibus ut nichil huius
contrarium fiat ut si aliquid committatur memorata ulcio
procedat. Iudice vero vindictam deferente imperii admini-
strationem episcopus referat. Sportularum vero nomine decem per-
sonam in quocumque ecclesiastico officio constitutam et ad hoc
diaconissam et monachum aut asceteriam aut monastriam
pro omni criminali et pecuniaria causa cuiuscumque quantitatis
sit sive a clerico sive a quolibet in militia constituto
admonitionem suscipiant aut in regia civitate aut
in provinciis quibus degunt nec in plus quatuor siliquis dare
permittimus. Si vero extra iussionem aut iudice
aut beatissimo patriarcha missus executor in alias
provincias admonitionem offerat alicui memoratarum
personarum non ultra unum solidum accipiat. Si vero pro
una eademque persona multas ex memoratis personis admo-
nere contingit unam solam pro omnibus sportulas dare sanci-
mus. Episcopus enim presbiteris sive ecclesie nullam exactionem mo-
lestiamque substineat sportularum sive tributis, et si aliquo
teneatur exactio videlicet actionis contra ecclesias proponenda
yconomis suscipientibus aut illis qui in ea eis ordina-
ti sunt. Qui vero contra hec exigit sportulas per suppositam
in duplum quod accepit exactore persone reddere compellatur
et si quidem militat cingulo privetur. Si vero clericus fuerit
a clero removeatur. Presbiteris autem et diaconibus
et subdiaconibus et omnibus in clero conscriptis non ha-
bentibus uxores secundum sacros canones interdicimus etiam
nos secundum sacrarum regularum virtutem mulierem aliquam in pro-
pria domo superinducere. Hic tamen extra matrem aut soro-
rem aut filiam et alias personas que omnem suspitionem effugi-
unt. Si quis autem absque hac observatione mulierem
in sua domo habet que potest suspicionem inferre et semel vel bis
a suo episcopo aut a suis clericis admonitus neque cum tali muli-
ere habitaverit, eicere eam de domo sua noluit aut accusa-
tore apparente probetur indecenter cum muliere conversari, tunc
episcopus eius secundum ecclesiasticos canones de clero eum admo-
veat curie civitatis cuius clericus erat tradendo. Episco-
po vero nullam penitus mulierem hic autem cum habitare per-
mittimus. Si autem hoc probetur nequaquam custodiens
episcopatu privatur: ipse enim se indignum ostendit sacerdo-
tio. Diaconissam vero nullo modo cum viro ex quo potest inhoneste
vite emergere suspitio habitare permittimus. Si
vero hec non observet sacerdos sub quo subiacet admone-
at eam ut omnibus modis talem virum eiciat a sua domo.
Si vero hoc distulerit agere ecclesiastico ministerio et propriis
emolumentis alienata monasterio tradatur, et ubi omni
vite tempore degat rebus eius siquidem filios habeat inter singu-
los secundum numerum personarum dividendis ut competenter ipsi
mulieri partem monasterium accipiens ei agat. Si autem
non habuerit filios omnis eius substantia inter monasterium
ubi mittitur et ecclesiam in qua prius erat statuta equa
portione dividatur. Si quis autem cum sacra misteria
celebrantur in sanctam ecclesiam ingrediens episcopo aut clericis
aut ministris aliis ecclesie iniuriam aliquam inferat, iu-
bemus hunc verberari fustibus et etiam in exilium
mitti. Si vero etiam hec sacra misteria conturba-
verit aut celebrari prohibuerit capitali puniatur.
Hoc ipso etiam in letaniis in quibus episcopi aut clerici reperiuntur
custodiendo et si quam iniuriam solum fecerit verberibus ex-
lioque tradatur. Si vero et letaniam conturbaverit capita-
le periculum substinebit et vindicare iubemus non solum
civiles sed et militares iudices. Omnibus autem laicis
interdicimus letanias facere sine sanctissimis episcopis et qui sub eis sunt
reverentissimis clericis. Qualis enim est letania in qua sacer-
dotes non inveniuntur et sollempnes orationes faciunt.
Sed etiam quas venerabiles honorandas cruces cum quibus et
letanias ingrediuntur non alibi nisi in venerabilibus locis re-
poni. Et siquando opus fuerit ad letanias celebrandas
tunc solum ipsis referent cruces accipere eos qui consueverunt eas
portare solere et cum episcopo et clericis letanias celebrantibus hec
custodientibus sanctissimis sanctorum locorum episcopis aut etiam
eorum clericis et plerisque iudicibus. Si quis autem in hoc capi-
tulo presentis nostre legis virtutem aut transgreditur aut
non vindicaverit predictas penas patietur. Monasteriorum
reverentissimorum monachorum dispositione iubemus
igitur abbatem aut archimandritam in uno quoque mo-
nasterio ordinari non omnino secundum gradus monachorum
sed omnes monachi melioris opinionis existentes eligant
propositis sanctis evangeliis dicentes quia neque propter amicici-
as aut aliam qualemcumque gratiam sed scientes eum et fide rectum
et vita castum et gubernatione dignum et qui possit mona-
chorum disciplinam omnemque monasterii statum utiliter
custodire eum elegerunt, sanctissimum episcopum sub quo mo-
nasterium constitutum est eum qui ita electus est modis omnibus
abbatem ordinare. Hec autem omnia que a nobis disposi-
ta sunt propter ordinationem abbatum valere precipimus
et in venerabilibus feminarum monasteriis et archimandri-
tis asceteriis et archiatris. Si quis autem ad monachi-
cam vitam venire voluerit iubemus si quidem notus est quali-
li fortune subiacet abbas monasterii prospexerit schema
ei prebeat. Si vero non cognoscitur an cui liber fortune
subiaceat intra tres annos non accipere eum schema mona-
chicum et intra memoratum tempus experiatur hic homi-
nis conversationem monasterii presul. Et si intra triennium aliquis
emerserit dicens aut servum aut colonum aut hunc
ascripticium suum esse aut etiam tanquam fugientem agri-
culturam aut quid aliquod rapientem aut propter aliquam
culpam in monasterium eum ingressum, pro eo domino hunc red-
di cum rebus quas probatur in monasterium introduxisse
iusiurandum primum quia nichil patietur a suo domi-
no percipiente. Si autem intra triennium nullus conventionem
aliquam memoratarum personarum questionem fecit abbas
monasterii post transcursionem triennalis temporis schema

virum dignum iudicaverit tunc det ei schema et nullus ei po-
stea sit molestus propter fortunam donec degit in monasterio.
Res autem quas in monasterium introduxit videlicet in eo-
dem reddantur. ¶ Si quis autem memoratarum personarum
religiosum monasterium et ad secularem vitam veniat aut in civi-
tatibus aut magistratus circuierit propriae fortunae reddatur.
¶ In omnibus autem monasteriis quae coenobia dicuntur iu-
bemus secundum divinos monachorum canones in uno habitaculo
omnes separatim dormire ut mutuum alterutrius testimo-
nium castae conversationis praebeatur ipsis. nisi quidam tamen ex
his aut propter longaevam in monasterio conversationem quietem
volentes vivere et senectutis atque corporis infirmitatem
causa intra medias cellulas intra monasterium constitutis de-
gunt. et hoc autem cum conscientia et voluntate abbatis fieri.
¶ Hoc omnino in monasteriis et asceteriis feminarum servantibus
in nullo loco nostrae reipublicae esse monasteria permittimus
aliter ubi autem monasterium invenitur omnibus modis iubemus
viros a feminis separari et feminas quidem in quo sunt monasterio
remanere. viros autem aliud monasterium sibimet facere.
¶ Si vero plura sint monasteria non sit necesse nova monasteria
edificare locorum sanctissimus episcopus monachos cum monachis
et feminas cum feminis separare et in aliis monasteriis congre-
gare procuret quaecumque vero habent communia inter eos secundum com-
petens eis ius dividere. ¶ Feminis autem quaecumque sibi
ipsae elegerint sive presbyterum sive diaconum ad faciendum eis re-
sponsum aut sanctam eis communionem porrigendam sanctissimus episcopus
sub quo sunt deputet quem recte fidei et vitae honestae esse agno-
verit. ¶ Si vero qui ab eis electus est non sit presbyter aut diaconus
dignus tamen cum huiusmodi ministerio episcopus iudicaverit ordina-
tionem ei imponat. quia dignus esse videbitur. ut respon-
sa sicut dictum est monasteriis distribuat. ¶ Ita tamen ut
neque sic electus ad responsa feminarum in monasterio mane-
at. ¶ Sed et hoc praesenti addimus sanctioni. si forte quis sub
conditione nuptiarum sive liberorum sive totius cuiusdam sive cau-
sae nuptialis donationis donavit seu reliquit suis liberis
seu alii cuicumque personae hereditatem aut legatum. aut ab i-
nitio praeterea reliquerit vel donavit substitutiones aut
restitutiones eius fecerit. adiectis conditionibus quibuscumque
ex his quas superius enumeravimus sunt. iubemus talibus con-
ditionibus subiecti masculi et feminae sive in monasterio ingre-
diantur aut clerici aut diaconisse aut asceteriae fiant ta-
les conditiones invalidas et pro non scriptis esse. ¶ Haec autem sola
nomine clerici diaconisse ecclesiarum servatur siquidem ad suam
vitam in his perseveraverint. et res sub tali conditione
donatas aut relictas ad pia opera expendat ut relinquat.
In personis enim quae in monasterium vel asceterium ingrediuntur
et reliquerit huiusmodi conversationem causam monasterio aut
asceterio ubi a principio ingrediuntur res sub tali conditione
donatas aut relictas cum substantia eorum alia competere volumus.
¶ Si tamen in receptione earum aut earum alia talis ab
positis conditionibus substitutio vel restitutio fiat ex nul-
lo memoratorum modo ei excludi permittimus. ¶ Si quis
mulier aut vir monachicam elegerit vitam et intraverit mona-
sterium filiis non extantibus monasterio in quo ingreditur et res
eius competere iubemus. ¶ Si vero talis persona filios ha-
beat et non antequam intret in monasterium de suis rebus fecerit
dispositionem et legitimam partem filiis deputaverit etiam sic
liceat postquam in monasterium ingreditur sua facultate
in ipsos dividere filios ita tamen ut nulli filiorum suorum mi-
nus legitima parte quam vero non dederit filiis partem
monasterio competat. Si vero omnem substantiam inter filios divi-
dere voluerit propria sua persona filiis connumerata unam sibi
partem omnibus modis retineat quae debeat ipsi monasterio compe-
tere. ¶ Si vero in monasterium degens moriatur antequam inter
filios suos ipsos distribuat res legitima parte filii percipient
reliqua vero substantie pars monasterio competit. ¶ Sponsali-
bus quoque secundum leges factis si in aliquos sive sponsus in mo-
nasterium ingrediatur recipiat quae pro sponsalibus arrarum
nomine sint data sive sponsa monachicam vitam elegerit illa
solummodo reddat quae similiter arrarum nomine accepit pena vero
quae pro ea concedenda. ¶ Si vero constante adhuc matrimonio aut
vir solus aut uxor sola intraverit monasterium solvatur
matrimonium. et citra repudium postquam tamen persona pergens ad mo-
nasterium schema perceperit. et siquidem vir elegerit monachicam
vitam recipiat mulier prius dotem et etiam si quid aliud ab
eo percepit et simpliciter ex nuptiali donatione tantum partem quam
in morte viri competebat mulieri secundum pactum dotali-
bus instrumentis insertum. ¶ Si vero mulier fuerit mo-
nasterium ingressa similiter modo retineat vir nuptialem
donationem et casum dotis ex morte mulieris placitum
reliquum vero dotis mulieri restitui percipimus. et si
quid aliud ex rebus mulieris apud eum inveniatur. ab utrisque
autem monachicam vitam eligentibus iubemus vacan-
tibus dotalibus placitis virum retinere donationem nupti-
alem et mulierem propriam accipere dotem et quicquid aliud viro
dedisse probatur. ut unusquisque citra dispendium suis fru-
atur rebus. nisi forte sponsus sponse aut sponsa sponso aut
maritus uxori aut uxor marito aliquid dare aut ce-
dere voluerit. quando neque ex pactis nuptialibus viro aut
mulieri aliquid conceditur. ¶ Nulla vero licentia dam-
aut parentibus filios aut filiis parentes secularem
vitam secernentes et relinquentes velut ingratos a sua ex-
cludere hereditate. in monasterium aut monachicam vitam
subsecuturos. ¶ Interdicimus autem parentibus suos
filios suos monachicam vitam eligentes et venerabilibus
monasteriis abstrahere. ¶ Si monachus reliquerit suum
monasterium et in aliud ingreditur. quascumque res tempore
quo monasterium dereliquerit habere invenitur proprio mo-
nasterio in quod ab initio ingressus est eas competere iubemus.
¶ Providere autem sanctissimos locorum episcopos. ut neque mona-
chi monasteria circumeant civitates. sed siquidem necessari-
um responsum habuerint per suos responsales hoc agere
in suis manentes monasteriis. ¶ Si monachus reliquerit
monasterium et ad secularem vitam migraverit huic mili-
tia honore siquem habet prius spoliatum ab episcopo locorum et
provincie iudice et in monasterio mitti. et res quas posita
habuisse probatus fuerit monasterio in quo mittitur competere.
¶ Si vero rursus liquerit monasterium tunc cum iudice provincie
in qua inventus fuerit teneat et subito sibi officio com-
moveri. ¶ Si quis rapuerit aut sollicitaverit aut cor-
ruperit asceteriam aut diaconissam aut monastriam aut
aliam qualiter feminam venerabilem habitum habentem
huius res ex talis sceleris eius principio iubemus venerabili
loco in quo talis femina habitat et prelatorum sanctissimos
episcopos et yconomos corrumperent non occulte provincie iu-
dices et eorum offitia vindicari. ¶ Eos autem qui talia re-
linquerint et participes eorum sceleris capitali periculo subsu-
neri. ¶ Talem vero mulierem ubicumque et cum propriis rebus
monasterio reddi in quo cautius custodiri possit ut non
rursus in eodem crimine repetatur. ¶ Si vero diaconis-
sa fuerit et filios habuerit legitimos legitima perten-
dant filius. ¶ Si vero intra unum annum postquam cognoverit
tale facinus commisisse eius res non venerabilium lo-
corum non vindicetur. ¶ Iubemus omnibus modis eo-
rum privatarum fisco nostro hec assignari. ¶ Locorum
iudices qui neglexerint easdem res vindicare et cingulo priva-
to et multetur. v. librarum auri a comite privatarum exigen-
da. ¶ Omnibus itaque generaliter in secularem vitam conversan-
tibus et maxime teatralia exercentibus viris ac mulieribus
nec non expectantibus interdicimus uti schemate monachi
aut monastrie aut asisterie. aut etiam cuiusque persone. huius. imi-
tari cum schema scientibus universis presumentibus in tali sche-
mate aut imitari cum aut illudere in qua cumque ecclesiasti-
ca disciplina. quae corporalia supplicia substinebit et
exilio condempnetur. ¶ Providentibus huius rei locorum
episcopis et qui sub eis sunt clericis. sed etiam quibus libet militantibus
et iudicibus et qui sub eis sunt offitiis. et locorum defensoribus.
¶ Penas autem presenti lege insertas quae in prioribus legibus sunt
note non solum in futuris sed etiam in precedentibus causis seu rebus
eius valere et omnibus modis vendicari sancimus. per presen-
tem legem nuper dispositis videlicet penas in solis futuris
temporibus servari iubemus. ¶ Tua igitur gloria que per presentem
legem in perpetuum valituri nostri sanxerit tranquillitatis
pomia custodiri provideat.

Explicit. —— liber. —— Auten —— ticorum.

.8. Ja. 1504. 9e tt

pebr ir. 96:000

3155